

Universitätsbibliothek Paderborn

Spes & Fidvcia, Cvris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac Vita Existentes, Firmata

Stengel, Georg [S.I.], 1645

Capvt. IX. Quàm prodigiosâ liberalitate Deus seruis suis, maximéq[ue] religiosis prouideat, tempore necessitatis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-49823

maximè pedum dolorem pati nequiret, loco veneni, cibum plurimæ carnis incoctæ auidiùs deuorauisse: quem dum concoquere non posset, cruditatem passus expirauit. Ac de Valentiniano Imperatore idem author recenset, eum intemperantia cibi ac saturitate, cum Quadorum legationi respoderet, voce impetu sanguinis amissa, sensu integrum expirauisse. Quod & de Iouiano Imperatore testatur Baptista Egnatius. Certè Gregorius Turonensis author est, Childericum Saxonem, cum aliquando ad ambas vsque aures cibo se ingurgitasset, eo suffocatum, in lecto, mortuum, repertum. Nimirum in compendio dici potest: Propter Eccli. 370 crapulam multi obierunt : qui autem abstinens 34. est, adjcit vitam. Consultius etgo est & vino, & cibo nimio carere; quam abuti, fi abundes. Nec tamen seruis suis nihil dat, qui nimium non dat Deus; sicut neque improbos semper sinit abundare.

CAPVT. IX.

Quàmprodigiosa liberalitate Deus seruis suis, maximeg, religiosis prouideat tempore necessitatis?

N 4 5. I.

de-

hil

er-

um

it,

fed

is;

uæ

este

no

aus

me

ena

6-

nt ola

ta-

m-

iti-

ui-Se-

ius

ny

IXI-

§. I. Diuites à Deo inanes dimitti.

Letores, vt lucidis coloribus gratiam addant, cósque faciant emi-

nentius clarescere, illos colores juxta ponunt, qui habent obscuritatem. Ita Deus inimicos suos, inipsa copia, subinde penuria affligit, vt cura illius & amor tantò fiat illustrior, quando paterne prospicit amicis. Auaris, & voluptuarijs, ventremque magis, quam Numen curantibus ita minatut. Decem jugera vinearum facient lagunculam vnam, & tripinta mody sementis facient modios tres: Va qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq, ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tym-

Pfal. 58.7.

Ifa. 5. 10.

eius confideratis. Propterea captiuus dustusest populus meus, quia non habuit scientiam, o nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. His etiam in Psalmo prædicitur. Et famem patientur, vt canes. Nam, etsi sint diuites, etsi abundent, tamen potest eos diuina vindicta ad incitas redigere; & è Crœsis Iros facere. Quin multi, præ auaritia, quò plus habent, minus audent comedere

panum, & tibia, & vinum in conuiuys vestru:

& opus Domini non respicitis, nec opera manun

aut bibere, malunt enim stomachum, quàm loculum inanem circumferre. Quin & illi ipsi, qui in vino & epulis commorantur, nunquam gulam ingluuiémq; suam explet. Quò vina plus bibuntur, plus sitiutur. Hine helluones, hinc gurgites vocătur; hinc, tanquam canes importuni, semper mensas allatrant alienas, vmbræ non conuiuæ; nec focij, sed parasiti; ollares amici, non ad aram, sed ad mensam venire parati.

Esurientes impleri bonis à Deo.

Aliter agit cum seruis suis Deus; qui non Prou. 100 affliget fame animam justi. Cui, apud Iob, dicitur: In fame eruet te de morte, & in bello de manu glady. A flagello lingua absconderis, & no timebis calamitatem, cum venerit. In vastitate & fame ridebis, & bestias terra non formidabis. Hoc est, quod dicitur: Ecce oculi Dominisu- Ps. 32.18. per metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia ei? Vt eruat à morte animas eoru: & alat eos in fame. Ac rursus: Nouit Domi- Ps.36. 18. nus dies immaculatorum: & hareditas eorum in aternum erit. Non confundentur in tempore malo, Gin diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Non enim in Domino, sed in Mundo spem suam ponunt; qui autem de

Dei

ra-

n1-

es"

Ita

nde

itò

2-

ue 1a-

cu-

ent

rie-

Be-

m-

r15:

un.

st.

10-

11115

ur.

int

di-

·00-

ia,

0 aut

202 Cap. IX. Qu'am liberali cura

Dei prouidentia & bonitate sentiunt, quod oportet, haudquaquam ambigunt, vitams sustentationémque suam multò magis curari à Deo, quam à seipsis.

S. III.

Deum suos pascere scriptura exemplis docetur.

S. August de orat. Dominic. Prou. 10. Psal. 36. Luc. 12.

Quod sanè SS. PP. luculentè docuerunt. Non potest, inquit S. Augustinus, quotidianus cibus deesse justo, cum scriptum sit: Non occidit Dominus fame animam justi. Et iterum: Iunior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen eius querens panem: Et iteru: quarentibus regnum Dei, & justitiam eius 0mnia promittit apponi, & cum sint Dei omnia, habenti Deum, nihil deerit, si DEVS ipse non desit. Sic Danieli in leonum lacu, jussu regis, ineluso, prandium dininitus procuratur, & inter fer as esurientes homo Dei pascitur. Sic alitur Elias infuga, coruis ministrantibus & volucribus cibum apportantibus, in persecutione nutritur. Elisæus quoque, tempore famis, nonne filijs Prophetarum & pulmentum dedit, & amaritudinem magnam in magnam dulcedinem conuertit? Neq; pulmentum tantum, sed & panes. Vir autem quidam venit de Baalsalisa deferens viro Dei panes primitia-

rums

4. Reg. 4.

rum, viointi panes hordeaceos frumentum nonum in perasua. At ille dixit: Dapopulo, vt comedat. Responditg, ei minister eins: Quantum est hos; vt apponam centum viris? Rursum ille ait: Da populo, vt comedat: hac enim dicit Dominus: Comedent, & Supererit. Posuit itag, coram eis: qui comederunt, & superfuit, juxta verbum Domini. Imago hæc & adumbratio Ioa. 6. 114 fuit Christi, ad eundem modum, quinque, panibus hordeaceis quinque virorum millia, in deserto, pasturi; & pasturi ita, vt duodecim cophini superessent, & tantò plus restaret, quanto plus ademisset. Elisao in pera 4. Reg. 4. allatum est frumentum; Christus discipulos fuos, sine sacculo & pera misit, & nihil illis 35. defuit. Quare etiam de imitatore Christi & Apostolorum ait D. Ambrosius: Fide tutus putet sibi, quo minus ea requirat, eo maois pane suppetere. Curat enim Deus magis, qui Deum curant magis, & pullatis vestibus album. panem pinsit, vt in prouerbio est. Quanqua enim Dei seruis carnis curam non habentibus, sed jeiunio arque abstinentiæ deditis" facilius satisfiat; cum pomo, nucibus palmarum, pistaceisue satiantur, aut cum ex jure hesterno panem atrum edunt: tamen diuina manus, cum nec ista suppetunt, mirince

od

n

u-

nt.

2118

dit

u-

re-

vu:

0-

ia,

n

er.

Įm.

1-

11-

it,

11-

11-

mit

14ms 204 Cap: IX. Quam liberali cura.

rificè eis succurrit. Proderit, benignum. hunc Dei morem in exemplis docere.

S. IV.

S. Greg. 1. 2. dial.

Farina D. Benedicto divinitus missa. Agmen ducat antiquissimus & sanctissimus Benedictus, de quo D. Gregorius ita scribit: Alio quog, tempore, in eadem Campania regione, fames incubuerat, magnag, omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamg, in Benedicti monasterio, triticum deerat: panes verò pene omnes consumti fuerant, vt non plus, quam quing, ad refectionis horam, fratribus inueniri potuissent. Cumg, eos venerabilis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione subleuare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? Hodie quidem minus est: sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farina modijante fores cella in saccis inventi sunt, quos omnipotes Deus, quibus deferentibus, transmisset, nunc ofg, manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt iam de abundatia nec in egestate dubitare. Hæc D. Gregorius, qui infra aliud his verbis subjungic.

Idem Dinus oleum dando, oleum accipit.

Eo quog, tempore, quo alimentorum inopia Ibid. c. Campaniam grauiter affligebat, vir Dei diner_ 39. sis indigentibus monasteriy sui cuncta tribuerat, vt pene nihil in cellario, nisi parum quid olei, in vitreo vafe, remaneret. Tunc quidam subdiaconus, Agapitus nomine, aduenit, magnopere postulans, vt sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem Domini, qui cuncta decrenerat in terra tribuere, vt in cœlo omnia reservaret, hoc ipsum parum, quod remanserat olei, jusit petenti dari. Monachus verò, qui cellarium tenebat, audinit quidem jubentis verba, sed implere distulit. Cumq, post paululum, si id, quod jusserat, datum effet, inquireret; respondit monachus, fe minime dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil fratribus remaneret. Tunc vir Dei alus pracepit, vt hocipsum vas vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestram. proyeerent, ne in cella aliquid, per inobedientia, remaneret. Factumg, est; sub fenestrà autem eadem ingens pracipitium patebat, saxorum, molibus afterum. Projectum itag, vas vitreum, venit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si projectum minime fuisset, ita vt neg, frangi, neg, oleum effundi potuisset. Quod vir Dei pracepit lena-

n

lus

it:

720-

en-

Be-

ero

am

niri

tri-

duit

170-

opia

m1-

25.

te

tes

enc

er-

unt

Iæc ub-

V.

leuari, atg, vt erat integrum petenti tribui. Tu collectis fratribus inobedientem Monachum de infidelitate sua, & superbia, coram omnibus, increpauit. Quà increpatione completà, sese cum eisdem fratribus in orationem dedit. In eo auti loco, vbi cum fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium coopertum. Cumá fanctus virin oratione persisteret, coepit operimentum eiusdem doly oleo excrescente subleuari. Quo commoto atg, sublenato, oleum, quod excrenerat, ora dolq transiens, pauimentum loci in quo incubuerat, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus vi aspexit, protinus orationem compleuit, atq, in panimentum oleum defluere cessauit. Tunc diffidentem inobedientémg, fratrem latius admonuit, vt fidem habere disceret & humilitatem. Idem verò frater salubriter correptus erubuit, quia venerabilis pater virtutem omnipotentu Dei, quam admonitione intimanerat, miraculis Mendebat: nec erat iam, vt quisquamde eius promisionibus dubitare posset: qui in uno eodémque momento, pro vitreo vase pene vacuo. plenum oleo dolium reddidisset.

S. VI.

Dando non perdi opes, sed angeri: Discant hinc malè prouidi, immò male-Luc. 6.38. dicti auaritiæ ministri, quam verum sit illudi date;

date, & dabitur vobis: discant inde acquirere, vnde se putant perdere; nec, quæ dominorum benigna liberaliras jubet distribui pauperibus, ea vel in dominorum commodum, vel, quod deterius est, in suum marsupium reservent. Optimus modus accipiendi est, Dei amore, dare: dum sie minuuntur opes, augentur.Inscitia igitur, immò impietas est, dicere illud, quod apud Aristophane legitur: Aristo-Oleum non est in lecytho, aut decerpere aliquid, vel totum recondere, quod in templorum & egenorum vsus à Dominis est destinatum. Fraudem hi faciunt Dominis suis, quos, dum micam, dum guttam, dum exiguas opes comparcunt, opibus maioribus spoliant. Imo tam imperiti sunt œconomi, vt, dű scrupulosissimè quærunt heros, principésque suos locupletare, eosdem ad summas angustias redigant depauperentque. Si enim Deus centuplum, etiam in hac vita, Matt. 19. promittit, an non, dum vnum florenum jus- 29. si in pauperes expendere, eum Domino suo inexpensum asseruant, eidem centum alios furantur? Et tamen, prô dolor, quidiam. frequentiùs fit in mundo, qui plenus est, eiusmodifatuis. quid dico, fatuis? atheis Politicis arcarijs, & thesaurarijs, quorū tota Pru-

i. Tuc

um de

as, in-

e cum

o aute

erat

vir in

u (dem

amoto

z doly

erat,

us ut

7, in

dif-

amo=

tem.

buit;

ntus

elis

ius

e0-

1100

ile-

ud:

tte

prudentia oconomica in eo consistit, vtnihil dispensent, vt Ecclesiæ Ecclesiasticisque fua accidant, demant, invertat fauores, gratiam, dona Principum. Nempe huc ventum est rerum, hæc nunc industria censetur, vt bonum temporale, Politicumque, passim bono spirituali & Ecclesiastico anteponatur. Sic virtus it post aurum; sic anima seruit carni; sic religio subijcitur auaritiæ; sic cœlum terris, immo ipse Deus Mundo cogitur famulari. An non tales athei? an non facilegi? an non desperati? an non fures? an non ea restituere omnibus pauperibus obstringuntur, quæ ne pauperes à dominis donata acciperent, impediuerunt? Quam longè præstaret, cum D. Benedicto, has vitreas opes omnes, per fenestram, aut in mare Creticum proijcere; immo spargere in pauperes. Profecto sic non frangerentur, sic in aterna tabernacula portarentur. Sic dominos suos demum verè opulentarent. Hæc esset vera fidelitas, talis quæstor quæstum faceret, elsetque verè fidelis seruns prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Qui autem hæc non credit, non facit; & qui non facit, non credit, vt proinde, cumiam tota scholæsint talia dicentium, & facientium, hæc

Deus suis provideat?

200

hæc ipsa tempora esse Antichristi videantur, quibus se Christus dixit, sidem non inuentu- Luc. 18. 2. rum in terris.

S. VII.

Iter agentibus PP. Dominicanis, quomodo

Deus prospexerit?

Alia side imbucas fuit D. Benedictus, ceterique religiosorum conditores, qui crediderunt, Dei bonitatem esse tam bonam, ve nulla se sinat liberalitate superari. Itaque religionem ingressi omnia, Christi amore, dimiserunt, Christum sibi peculiaribus studijs obstringentes, vt ipse quoque peculiaremeorum curam susciperet. In D. Dominicivita legimus, recente adhuc ordine, eum alumnos suos, Christi more, binos, ad pœnitentiam prædicanda, in varia loca ablegasse. Contigit aliquando, vt horum duo, víque ad horam nonam diei, hocest, víque ad vesperam, absque cibo, fame atque itinere. fatigati, inter se mœstis animis consultarent, vndénam, aut quid, ad corpora curanda, in regione ignota, apud ignotos pauperésque sperare possent? Ita solicitis & nutantibus repente superuenit vir statura procerus, forma honesta & eleganti, sed habitu peregrino, qui illorum infirmam & modi-

7tni

isque

, gra-

ntum

JVL

affim

ona-

eruit

coe-

gitur

acti-

an

ob-

s do-

lon-

reas

Ore-

res.

na

108

era

el-

011-

au-

011

otx

im,

210 Cap. IX. Quam liberali cura

cam fidem vultuosiùs, & sermone seueriore accusans: Potuistis, inquit, credere Deo, vt eius caussa Mundum relinqueretis, nunc autem credere non potestis, illi curamesse Ps. 146.9. de vobis? qui dat jumentis escam ipsorum? Non finet filios fame emori: quod vos ipsi hodie abunde experiemini. His acriter di-Ais, videri desijt (coelestis quippe Genius erat) fiducià magnà in animis eorum relica Prosequentur igitur viam, & in pagum proximum, eumque haud magnum aut nob-Iem declinant; ingrediuntur in templum orant; orantes loci sacerdos comiter inuitat, domúmq; suam vt visant, rogat. Dum eunt, obuius miles, suos vult esse conuiuas Oritur pium certamen, Negat se id passuri sacerdos, sibi iam condixisse dictirans; le jure esse priorem. Miles, contra jus, vim ostendit; &, injecta manu, innocentem facere rapinam laborat. Hac controuersià diu agitatà, superuenit, diuinà prouidentià dirigente, oppidi Dominus, litémą; dirimit, ductis in suam domum, lautéq; habitis & Religiosis, & milite, & sacerdore. O quam raralis est, quantò potius nunc homines auari, eiuscemodi hospites solent à se ad alios deriuare, quam, exemplo Abraha, obuian

pro-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK procurrere, atque ad se trahere! quoties, hegant se esse domi, cum tales aduenæ sores pultant? Neq; idcirco dissidendum, quia nouitDeus, in cuius manu sunt corda hominum, etiam deparcos Eucliones, ad succurrendum suis, comouere. Quod eò illustriùs est opus, quemadmodum & mirabilius est, è pumice, quam è sonte, aquam elicere.

S. VIII.

Eadem PP. Franciscanis accidisse.

De D. Francisco scribitur, eum, quoties fuos aliò amandaret, nullum illis aliud viaticum dare consueuisse, quam illud Psalmi: Iacta super Dominum cogitatum tuum, & ipse te enutriet: cuius versiculi sides, instar omnis peculij, erat. Accidit, vt duobus ab eo peregrinatum missis, diémq; iam ferè totum, via inediáq; confectis, vires deficerent, quin vt stipe ostiatim slagitatà, nihil à quopiam mortalium porrigeretur. Quam pronum. est, tali tempore, homines sieri subtristes & impatientes? Quam facile solicitudo futuri & præsens inopia confidentiam labefactat? Et tamen, in his ipsis viris, pusillanimitatem Deus censuit castigandam. Misit igitur ex astris adolescentem ipsis altris formosio= rem, qui, interrogatà caussà, ob quam adeò

Pfal. 341

JNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

eriore

eo, vt

nunc

m elle

rum?

os ipfi

er di-

ius e-

elicta

pro-

nobi-

lum,

inui-

Dum

iluas.

ffurú

; fe

11 0-

fa-

diu

liri-

nit,

is &

1àm

S 8-

ilios

iiam

-010

deiecti animis essent, binos eis panes exhibuit; quibus dum illi assidentes humi suauissimè vescerentur, capit eos asperis verbis castigare: Homines, inquit, modice sidei, cur dinina cura iam diffidebatis? Non vobis inmitem veniebat verborum illorum Propheta, qua tam sape vobis S. Pater vester inculcanit; la-Eta cooitatum tuum in Domino, et ipse te enu. triet, cum eius videlicet bonitas ne bestijs quidem agri desit? Quamobrem hoc scitote, nul lam ob aliam causam distulisse Dominum opin Suam, nisi vt fame ipsa diffidentiam vestram puniret. Dixit hæc, & complura alia talia; vbi loqui cessauit, cessauit pariter etiam conspici. Satis illi fuit, cum corporementem etiam illorum pauisse. Nos quoq; inde pascamur, neque statim animis concidamus, si non illico manna è cœlo cadit, aut è nubibus nobis aduolant coturnices. Illo nos folemur, illud identidem animo voluamus: Quo modo miseretur pater siliorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipst cognouit figmentum nostrum. Scit ergo nos indigere; &, tanquam pater, non sinit indigere, ad desperationem. Miseretur, vt Parer; iuuat vt Dominus; præuenit, vt

Pfal. 102.

Deus.

S. IX.

§. IX.

exhi-

uauif-

verbis

lei, cur

in me-

as que

; 11-

e enu.

s qui-

2 open stram

alia;

etiam

men-

1; In-

cida-

utt

Illo

ua-

m1-

i ipse

1105

111-

YL

, vi

IX

S. Saba, quo modo, in necessitate, à Deo

fuerit provisum?

Narrat è Cyrillo Baronius, An. Seruatoris 513. in Laura, monachis sub Saba degentibus adeò aliquando victui necessaria rill. in videfuisse, vt ne quidem panis suppeteret ta Sabe, Missa sacrificio peragendo. Is, qui penum ex officio curabat, monuit Sabam, imminere diem Dominicum, neque præsto esse panem, qui posset in Christi corpus consecrari. Nihil ea inopia Sabam turbauit; iuslit insuper sacra fidenter & sperari, & apparari. Est sidelis, inquiebat, qui inbet crastinum manere liberum à solicitudine, quod attinet ad vsum corporis. Nondum aduenerat Dominicus dies, & ecce adsunt quidam facie incogniti equisones, cum triginta iumétorum onere. Onus autem erat frumentum, vinum, oleum, & alia monachis idonea ad alimentum; adeò copiosè congesta, vt Laura capere vix posset. His illatis, anxio monitori suo dixit Sabas: Quid ais? Sacrumne dimittemus ministerium? Qua voce ita perculit disfidentis animum, vt in genua procumbens exiguæ suæ erga Deum confidentiæ veniam, cum lachrymis, flagitaret.

Baron, to. 6. An. 513. & Cya apud Sur. 5. Deceb. Matth. 6.

Cap. XI. Quam liberali cura

S. Auguflin. lib.8. Confest. C. II.

Igitur & tu, Lector, quidinte stas, & non stas? Projece te in eum; noli metuere, nonse subtrahet, vt cadas, aut fame pereas. Quoties expertus es illius opem, cum non videres, vnde iuuari posses? Ne igitur imposte rum dissidas, quia experientià sperare didicisti.

> S. Ignatio Loyola quam provide succurrerit Deus?

Petr. Ribaden.l.s.

De sanctissimo nostri ordinis Fundatore Ignatio Loiola, in vita eius hæc scribit R vitæ S.Ig. badeneira. Atg, in hac firmisima in Deum natij. c.9. spe, pecuniag, despicientia, Ignaty altitudo animi multum excelluit. Erat enim voluntate, rég, pauperrimus: animo, Deig, fiducia opulentissimus. Quapropter nullum, qui ad institutu nostrum aptus, vocatusq à Deo videretur, a Societate unquam exclusit, propter nostrarum rerum tenuitatem. Illudg, frequenter osurpabat, Nos quidem Deo seruiamus: ille certissime reget nos, & nihil nobis deerit. Iactemus cooitatum nostrum in Dominum, & ille nos enutriet. Speremus in Domino, & faciamus bonitatem, & pascemur in divitiys eius. Et cum quidam non ex externis modo, sed etiam ex domestica vehementer mirarentur, qua fretus spe, tamb mille

O non non fe videpostee didi-Clatore

it Ri-

Deun

lo ani-

ntate,

nulen-

itutü

17, 0

rum

rpa-

Bime

gita-

triet.

tems

lamo

ame mul

multos Ionatius nullis certis redditibus fultus Rome haberet, quibus alendis magne facultates vix sufficerent, idg, familiariter ex ipso quererent: an nescitis (inquit) quantas vires spes in Deum habeat? vel ignoratis, parum illic esse loci, vbi omnia abunde suppetant? Qua explorata si essent, & manu tenerentur, vbi nostra esset in Deum spes? spes enim qua videtur, non est spes. Nam quod quis videt, non sperat. Atg ita sanè euenit sapisime, ut nostra paupert as ex spe contra spem sustentaretur: eiusg, rei multa sunt, eag, clarissima exempla, que si persegui omnia velim, longus nimis sim, pauca tantum subyciam, ex quibus similia intelligantur. Quo tempore bellum inter Paulum IV. Pont. Max. & Philippum Regem Catholicum gestum est, magna erat in vrbe annone caritas, & domi nostra rerum omnium penuria: itag, nonnulli ex nostris suadebant Ionatio, vt familiam suam, que Rome erat, divideret, & partem nostrorū ad alia collegia, vbi comodius ali possent, amandaret. Ignatius verò, hoc ipso tempore, Antoniñ Labacum Architectum apprime nobilem atg excellentem, qui filium habebat in Societate, ad se accersiri juber, cum eo, de solo eligendo ac designando, & duobus collegijs Romano & Germanico adificandis, agit diligenter jubet vti formam,

216 Cap. IX. Quam liberali cura

mam, exemplarg, delineet, rationes sumptuum fubducat, ac rem totam subscribat. Atg, bocfacto declaramit Ionatius, illa Dei opera altisimis fixa esse radicibus, & supra eam petram esse fundata, que neg imbrium vi, neg fluminum exundatione, & concursu obrui possunt, neg ventorum impetu tabefactari. Post exempla subjecta, quæ supra retulimus, sic pergit. Quotidiana experientia Ignatius confirmation, & in dies singulari in Denm spe erectior enadebat, cum tot argumentis disceret, se, suosgilli cura esse: & vbi maiores rerum ad vitamnecessariarum angustia timeri poterant, obi dininam providentiam largius omnia suppeditare, & benionius sibi prasto esse. Illud praterea, quod fuit maxime insigne, & Roma nostris omnibus vulgatissimum, addendum puto. Anno salutu nostra 1555. 16. Septemb. Ioannes Polancuspecuniam, ad sumptus collegy Romani necessarios, neg, mutuam, neg, fæneratitiam, nec vlla alia ratione diligentisime conquisitam invenerat. Rem ad Ignatium placidisime detulit. Ille verò in cubiculum se abdidit, orationi se dedit, Deum precatus est, ut prasenti submeniret inopia. Post orationem Iacobum Laynem, Christophorum Madridium, ipsum denig, Polancum ad se voeat, ipfis, quid à Polanco acceperit, exponit, seq

rem totam Deo commendasse ait, & se quidem neg, prophetam esse, neg, filium prophetarum, sed tamen pro certo habere, Deum rebus prouidentissime consulturum. Et ad Polancum conuersus: Tu (inquit) Polance, insex proximos menses Collegy res curato, & illisumptus necessarios suppeditato, ego te istarum rerum cura postea liberabo. Permirum fuit, eo ipso die, qui tameniam vergebat in occasum, duobus ex locis, ab hominibus nostra inopia, atgadissicultatis ignaris, sponte pecunia missa est, qua ex illis tunc anoustis exire licuit. Profectus sum ego Octobr. mense proximo in Germaniam inferiorem, & mense Martio insequentis annis 1556. cum sex mensium spatium ab Ignatio definitum, aut effluxisse iam, aut appetere videretur, Romam ad Martinum Olauium scripsi, me vt de rei exitu faceret certiorem. Ille verò rescripsit, pridie eius diei, quam à me literas accepisset, magnam pecunia summam, eleemosyna nomine, Romams nostris allatam, as alienum pene dissolutum, Polancum illa anxia rerum necessariarum cura liberatum, solutiore animo esse, res omnes fluere, O supra opinionem omnium, quam vnquam, antea copiosius abundare. Itag, verba Ignaty reipsa & felicissimo successu adeo esse comprobata, ut ipse maiora miracula non requireres ad haben-

tuum

oc fa-

Bimus

n elle

inum

, neg

mpla

rgit.

atior, rade-

g illi

n ne-

dini-

tare,

quod

ibus

utis

per

os, lia

北。

ero

um

205

m

2000

seg,

habendam sidem". Ignatio: sed coeleste tantum lumen, quo illustratus mentis oculis videret, que corporeis oculis cernebat. Hæc de S. Ignatio Ribadeneira, compluráque, eodem loco, commemorat illustrissima fiduciæ eius erga Deum exempla, quæ omnia repetere, prolixum effer. Est in manibus author. Adalios, & alia propero, prodigijs plena & documentis".

S. Franciscum de Paula, in adificando canobio, quibus prodigis adjunerit Deus?

Fons quidam perennis miraculorum e-Fanciscus rat Franciscus de Paula, per quem, &in quo, cum monasteria ædificaret, diuinam suam protectionem illustrissimè Superi ostenderunt. Superant fidem humanam, inquit vita illius Scriptor, qua Angelorum haud dubie ministerio, in Paulani conuentus fabrica, visa Sunt miracula, nihilillis aut frequentius, aut incredibilius, nam onera grania facilinegotio, virtute dinina trahebantur & vehebantur frequentisime, & collis vicinus, qui Dormitorio extruendo officiebat, ad nutum sublatus est in alium locum; alius verò, qui imminebat, facto crucis signo, medio in aëre suspenditur, & verbo eine fistitur, fons solo erumpit ad operarum v-(um

Victor. in vita & mirac. S. Francisci. à Paul. c. 16. lib. I.

fum commodiorem. Calx non sine miraculo effossa terra producitur. Fornacem frequentius succensam, in qua calx decoquebatur, illasus ingreditur, & egreditur, ot periculo, quod inoruebat paupertati tanti viri, sese opponeret innocentia & sanctimonia. In huius porrò miraculi, quod vulgatisimum est, monimentum, eò loci visitur sacellum, illinca, tellus educitur, e qua vasa opere figulino composita per vniuer sum orbem deferuntur, ad febrium aliorumg, morborum presentissimam medelam. Nec vno, aut altero tantum exemplo compertum habemus ignis erga Francisci castimoniam obsequia. Na titiones extinctos accendit, cibos sine igne excoxit, manus in ollas & lecythos olei fernentis illesus immisit, lapides calcineos candentes è fornace eduxit, lateres & saxa in ignem injecta, & calore rubentia, è foco in vas, in quo infirmus lauandus erat, balneumg, satis disitum loco, instar rosarum, gestauit, nudis pedibus ignem periculose spineta inuadentem compresit & extinxit, nudis etiam manibus, plantisg, succensas prunas protriuit, lampadesg, ac cereos sine lumine accendit. Calcem è fornace candentem manibus illasis eduxit, & contrectanit. Accidit aliquando, vt faber ferrarius B. Francisco quicquid ferri ad Conuentus fabricam desiderare-

um

,qua atio

oco,

erga oro-

10s,

bio,

e-

110,

mde-

tæ

hie

it

€-

23

a-

V-

1777

tur, polliceretur, dummodo carbonem subministraret. Conventione istiusmodi habità, lignoru struem in fossa profunda occludit, ione supposito. Cum autem ignis superpositum ag gerem inuaderet, accurrit Franciscus, & pedibus nudis flammas erumpentes retudit, donec vous è Fratribus terram detulisset, qua hiatus oppleretur. Narrabo aliud factum. Quidam ex operarys ficus furto sustulerat. Coniectabant plerig, vnu quempiam ex omnibus. Negabat ille acriter. At Franciscus tot repetitis mendacijs offensus, imperat ollam feruentem adferri, in quam nudus brachium primum immisit, deinde Latomo, quem conjectabat furem, dixit, fili, si furti non es reus, polliceor, se dinina ope manum tuam ex aqua, quemadmodum ego ipse, educturum in tua innocentia experimentum. Verum ille male facti conscientià tactus, non est ausus eiusmodi periculum facere, maluitque furtiuum obsonium profiteri.

S. XII.

Per eundem Sanctum, in alendis mortalibus dinina potentia vis ostensa.

Idem authorlib. 2. C. I. Eod·lib. 6.40

Maiora adhuc recenfentur infra, quæ Paterni, in ciuitate Calabriæ, gesta sunt, dum altera fabrica, construcretur. E quibus sutficit ea, quæ huc spectant, apponere. Quid memo-

memorem? inquit author, quoties suos operarios dapibus cœlestibus, O non alia ratione, quam Anoelorum ministerio comparatis, aut miraculo multiplicatis aluit? Sane quidem processus ad canonizationem Neocastrensis meminit Angeli missi à Christo IESV ad S. Franciscum, ve deferret frustulum panis, & vini amphoram, quibus reficerentur conducti, adligna in quoda monte comparanda, operary. Verum quodin eo miraculo omnibus omnium oculis, & sensibus subjectum est, innisibili Angelorum ope perpetratum credimus, in ys, qua subjeciuntur exemplis. Nam primo omnium, ter mille viros, aut mulieres, qui Paternum visendi Thaumaturgi gratia confluxerant, unico panis cophino, atq vini amphora ad satietatem reficit: cum tamen postea idem cophinus, eadémg, amphora intacta remanerent. Altera autem die, cum quendam. ex fabris oftendisset, proferens ficum vna (quanquam aly restim sicuum dixerunt) insit: Putasne me tibi & socystuis, ex has ficu partem aliquam dare posse? cui iste ratus id impossibile fastu, subridens: at mi Pater, inquit, si totam distribueris, quid tibi cedet? Respondit S. vir. gratia DEI, Charissime, que non deest inquirentibus eum toto mentis affectu. Igitur ficum istam viginti operarijs dinisit, cum sa singulorii admi-

ini-

oru

ito.

ua-

edis

ra-

ur.

rus

nu

er.

us,

20,

on

20

222 Cap. IX. Quam liberali cura

admiratione, vt omnibus abunde satiatis, sicili præmanibus superesset. Idem narratur de trecentis hominibus, qui operam nauabant aque ducti Conventus excauando, paucis ficubus ita refectis, vt superessent. Praterea viointi numero fabros lignarios, quos cadendis in silua lionis addixerat, uno pane, vinig, amphora, totam diem alait, præter omnium expectationem, qui antequam è Conuentu migraret, conquesti fuerant, quod parce nimium sinoulorum educationi prospectum fuisset. Ad hoc memorandum est, quod in litteris Vincentij Carafa Comitis ad Leone X. atg, alibi consionatum est, innumerabili hominum concursu confluente, è cophino panis intacto, & vini cado inexhausto omnes comedisse & bibisse. Eratg, istud miraculi genus valde sa: miliare S. Patri Thaumaturgo: Nam de eode vini dolio, à mense Aprili, ac mesem Septembris; ab omnibus operarijs, & innumeris, qui laternum confluebant, potatum est. Fabarum item parua mensura per multos menses non deficit; vinum, lactuce, & frustulum panis multiplicantur, cistula pomorum oblata à paupercula ducentis hominibus ita divisa est, ut singulis pomum vnum cederet. Denig, in apparatamensa Guilielmo Oeconomo, & Prafecto domus Illustrissima D. Marchionissa de Polixena, nec pi-1015

scis miraculo expiscatus, nec panis, nec vinum à comedentibus minui visa sunt. Plurag, alia ex actis ad canonizationem colligere est, que noster scribendi stylus contrahit brenitatis desiderio. Hæc de S. Francisco Paulino.

S. XIII.

S. Felix vua miraculosa reficiens, vicisim ipse, quam sit miraculose refectus?

Aliquando autemChristus, pane, aliquando vino; aliquando sua manu, suos pascit, aliquado aliena. Nota etia in pueros est S. Othmari lagucula. De S. Felice Nolano à Ribadeneira hæc memorantur. Postqua (sicut olim Ianuarij. D. Petrus ex Herodiano carcere) ab Angelo è vinculis eductus ad montem peruenit, in quo S. Maximus Nolæ, in Campania, Episcopus, vitatis persecutoribus, fame confeclus frigoréq; rigens in niuoso solo jacens mortuo, quàm viuo, similior, vix spirabat; illico super eum se, Prophetæ instar, jaciens manus manibus, pedibusq; pedes, & os ori composuit, vt rigentia membra calore pariter corporis foueret & charitatis. Tamdiu ita jacuit, donec & ipse algerer: neq; tamen se aliquid proficere vidit. Itaque in preces & genuaseerexit, Deumq; incensissima oratione etiam atque etiam rogitauit, vt extre-

Petr. Ri-

me

fich!

etre-

ague

us ita

mero is ad-

diem

inte-

ant, pro=

quod

eone

ho-

sin-

diste

fa

ode

185

7-

m

it;

ela

70-

2/1

H-

01-F15

224 Cap. IX. Quam liberali cura.

mè affecto seni succurreret. Vide mihi vim Matt. 7. 15. precum, & virtutem prouidentis Dei. Nunc. quid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis sicus? dixit Christus, naturæ indolem ingeniumq; declarans. Atqui hicfelix, pro Maximo, Deum precatus, de vicino rubo, pictissimè liuentem conspexit pendere vuam. Eamigitur, quali demissum coelo munus, carpens digitali prælo domuit expressumq; ori senis mustum instillauit. Quam primum semianimis Præsul ætherio depromptum cado falernum libauit, vimq; eius in venas admisit, veluti à morte reuocatus, aut alto experrectus sopore, coepit grauatos diu oculos aperire, Numinisque benignitatemrediviua voce laudare. Nec minor fuit in ipsu etiam Felicem Numinis providentia. Siquidem postquam Nolam nouus AEneas Maximum, tanquam Patrem sium, incedere pedibus non valentem, humeris susceptum reportauit, paulò post, noua orta jest tempestas. Quærebatur tum ab Imperatoris milite Felix, tanquam caput Christianoru; neque in medio foro agnoscebatur, poste quam ipse de seipso intterrogatus, dixit: Sibi Felicem de facie notum non esse (vsq; adeò nunquam in speculo se viderat) eóque dicto

sese captantium è manibus subduxit. Vt etiam ex oculis sese eorum subduceret, latebras circumspexit. Prope erant parietina, ibi inter rudera sese viuum cogitabat sepelire. Instabat fugienti miles, qui intellexerat; eum ipsum esse Felicem, qui cum in. foro fuerat collocutus. Instantem vbi vidit; inuocata diuina ope; non tam in latibulum; quam in patentem locum intrauit. Cœlesti opus erat clypeo. Mox igitur adeò densa aranearum tela divinitus ei asylo est prætexta; vt sequi non posset crudelitas; quò se innocentia recepisset. Quis enim sibi persuaderet, opus tam citò creuisse aranearum? Pulcherrime S. Paulinus ait: Sic vbi Christus adest nobis; & aranea muro est: Aut cui Christus abest ; & murus aranea siet. Multi enim, intra firmissimaru vrbium mænia, non sunt tuti: Felicem opera aranearu & tenuissimæ telæ defenderunt; sub quibus vtique securius, quam alij sub Orci galea, Dei seruus latitauit. Felix vbi delusos spe fua venaticos canes animaduertit, ad Deum conuersus, Et si, inquit, ambulanero in mez Psal. 12. dio umbre mortis, non timebo, mala, quo- 4. niam tu mecum es; indéque, vt S. Paulinus tefert, parietinas interiores ingressus, solidum ittic

i vim

Vunc-

lis fi-

inge-

Ma-

0, pi-

uam.

nus, úmq;

mum

tum

enas

alto

OCU.

nre-

ipsü

qui-

Ma=

rci

um

m-

oris

ru;

ofte

xit:

deò

icto felc

Gregor. Turonés. l.i. de mizac. cap. BO4.

illic semestre delituit, nulli mortalium visus co. gnitusue. Gregorius Turonensis, ait, eum toto trimestri inibi delituisse. At quis tam Arenuum militem, tam pium Presbyterum, toto illo temporis internallo, aluit? Andi miram prouidentiam. In proximo habitabat mulier admodum addicta Deo, qua Felicis ibi latitantis prorsus ignara, non secus, ac si conscia foret, eodem, quo sanctus erat, loco, (quem suum esse penum putabat) in excessu mentis, esculanta vernissuis destinata, collocabat. Quódque mirabile erat, semper ponendorum esculentorum memor, recipiendorum semper immemor fiebat. Ita totius ignara miraculi Felicis nutrix ignotum alumnum sustentauit. Que, ne potus deficeret, licet sudum cœlumim. bres suspendisset, & solum siccitate amil set, Deus, æthere lactante, refecit. Siquidem adeò vberem de cœlo rorem in veterem, quæ fortè, immo consilio Altissimi, ponè aderat, testam depluit, vt omnem illo sitis ardorem temperaret. Nemo de clypeo, nemo de cibo, nemo de potu solicitus sit. Nouit Deus seruos suos aranearum telà clypeare; nouit pascere cibis in alium vsum præparatis, sicut Danielem alterius Pro

Prophetæ messorumque pulmento; nouit cœli rorem in nectar vertere; dummodo illius nos curæ permittamus, neque, contra præcepta eius, de rebus caducis; vsque ad desperationem, soliciti simus:

S. XIV.

S. Lydvvina liberalitas diuina liberalitate compensata.

Neque arbitrandum est, solis eam viris à Deo potestatem factam. Refert Ioan. Brugmannus, de S. Lydvvina virgine, quæ in. comitatu Hollandiæ, oppido Schiedamensi, æquè mira egit, ac passa est, eam erga indigentes maximè fuisse liberalem, quos, si poterat, vel coctis, vel crudis juuabat cibis; si non poterat, benignitate verborum solabatur. Nouerat pauperum nomina, & habitacula; & quamuis jaceret in tenebris, omnia intueri, omnia distincte cognoscere videbatur, perinde ac si versaretur inter homines. In pauperum vsus jusit, hyeme, sale aspergi carnes, salitas, cum pisis coctas illis transmittebat. Contigit aliquando, vt cum vicinis dividenda vacca quarta pars ei cederet ad alendos pauperes. Ex ea cum ministra eius quandam portionem cum pisis coxissent, & triginta domibus inde ad saturitatem distribuissent, quidam ait Lydovine:

Ioanda Brugmãa & ex eo Surius tom. 7. 12. April, part. 2. cap. 2.

quem=

i fus co.

, eum

erum,

Audi

abita-

tiæ Fe-

anctus

puta-

nis su-

irabi-

torum

nemor

elicis

.Que,

m im-

aruif-

liqui-

vete-

fimi,

em il-

e cly-

icitus

mte-

alium

Pro-

228 Cap. IX. Quam liberali cura

quemadmodum jußisti, triginta pauperum domibus de carnibus, & pisis tuis ad satietatem de dimus, & tamen nihil in olla diminutum vide. tur. E vestigio illa respondit: Non pro meis miritis, sed pro sua bonitate id fecit Deus. An non ille dixit, date, & dabitur vobis? Comederum Sanè ex illis carnibus domestici eius, comederun aduentantes peregrini, omnes admiratione permoti,manum Domini adesse fatebantur,que lim viduæ farinulam conseruarat. Porro etiam dinites, præ denotione, petebant interdummiti sibi de buccellis virginis nostra. Illos vero panperes ante omnes secreto fouere & pascerestudebat, quos ex opulentis nouerat adinopiamit dactos, & verecundia à petendis eleemosyniscohiberi. Mendicabat autem etiam ipsa, si dees-Sent carnes, quibus inopes reficeret. Oranit quandog, virum pium, vt si haberet armumporti coctum, mitteret sibi pauperibus impertiendum. Fecit ille, & mox sensit quam sit orata Deo manus porrecta ad dandum. Ut enim ipsefassus est, cum paulo post conjecisset oculos eo, vndetule. rat armum, vidit alium longe maiorem suffen sum. Sciscitatur ex familia, num quis eums. spenderit. Negant omnes: agnoscit donum De fit erga virginem nostram denotior, fit in pass peres liberalior. Mulier quadam caduco labo-

rans morbo, sape in plateis corruebat. Accidit autem, vt magno spiritus angore correpta in domunculam Lydvvine intraret, potung, sibi dari posceret. Lydvvina tum nihil cogitans de exiguo vino, quod supererat, cum sola esset, aquam monstrauit fæminæ, quodam vasculo contentam. Illa totam exhausit , sed sitis extincta non est. Ardet misera, plusque sibi dari petit. Tum Lydvvina recordata vini, digito ostendit; atg, illa totum bibit: rursusg, instat pro potu. Sed cum nihil liquoris haberet virgo, dedit ei nummum quendam, vt illo sibi potum emeret; quemilla hilariter accipiens, abscessit. Deinde febribus Lydvvinam corripientibus, orat patre, vt pauxillum vini porrigat, quo labia arentia tingantur; non enim meminit tunc fæminam morbidam vinum omne epotasse. Porrigit pater poculum filia, vnde illa mulier biberat; & ecce, plenum est optimo vino, divinitus in illud infu-Jo. Stupet virgo, sentiens nullum se melius bibisse vinum, nec tamen patri indicat, unde sit, licet Gille stupens admiraretur, neg, colorem, neg, saporemeius vnquam perire. Tandem cum in vascule, longo tempore, durasset, cuiusdam foemine incuria effusum est. Per id tempus adhuc parcissme vino vtebatur Lydvvina: itag, doluit illud effusum, quod nunquam habuisset sibi

em do-

em de-

vide-

us me

An non

derunt

derunt

ne per-

que o-

etiam

n mitth

o pau-

re th-

amre-

nus co-

i deel-

quan-

porce

ium.

ina-

tule-

uspen-

am li-

n Del

n pan-

a labo-

230 Cap. IX. Quam liberali cura

accommodatius vinum. Cum enim alia vina fine aqua admixtione bibere non posset, hoc solu purum bibit. Obseruet hic lector humanitatem Sancta Virginis, que è suo poculo justit fæminam morbo comitiali vexatam bibere. Cum frater eius VV ilhelmus exceßisset e viuis, multo ere alieno obstrictus, fily eius in magnaminciderunt calamitatem, quam humanitus enadere vix possent. Tũ Lydvvina illorum miserta, quadam elinodia sua distraxit octo libris eius regionis. Dedit autem negotium Nicolao cognato suo, vi is e crumena, in quam nummos omnes condidarat, satisfaceret creditoribus. Fecit ille, vt justus erat, & cum omnibus esset factum satis, quod reliquum fuit pecunia in crumena, ter coram Lydvvina numeratum est, & tantundem inuentu est, quantum illa primo imposuerat. Illa verò probibuit, ne cuiquam id indicaretu, crumenang illam Domini IESV voluit chumena deinceps appellari. Atg, ex illa & ipsa expendebat in pauperes as liberaliter., & Dominus IE-SVS abunde infundebat. Quibustam specialibus amicis aliquando ex ea percunctantibus, quantum ex illa crumena post obitum fratris Sui VV ilhelmi distribuisset, sic respondit: Quandoquidem video non latere vos donum Dei, pro certo confirmo, me de illis octo libris plus quam

quadraginta libras in pauperes erogasse, preter eas, quibus dissolui es alienum fratris mei. Sex annis ante obitum virginis multis modis ex ea pecunia datum est pauperibus, & illa rursus diuinitus aucta. Post decessum virginis, dimidia pars pecunia in eade crumena reperta est. Quidam etiam eius aurei nummi coram tribus fide dignis viris numerati, illis stupentibus, visibiliter aucti fuêre.

S. XV.

In mari nauigantibus aqua dulcis

Suppeditata.

Vt famelicis prouidet, sic sitientibus clamat Deus: Omnes sitientes venite ad aquas, Isai. 55. 12 Nam & è petra eijcere aquas ictu virgæ potest; (& è nubibus, panem in cibum, imbrem in potum præcipitare. Audite veritatis simplicitatem. Abbas Gregorius Anachoreta Pratumi narrauit nobis dicens: Cum ex Byzantio de- spirituale scenderem,ingressus sum nauim, Intrauit autem Moschi & Scriba quidam, cum vxore suà, profecturus cap. 174: ad sanctam ciuitatem, oraționis causâ. Erat. autem Nauclerus religiosus valde, multumg, jeiunans. Cum ergo nauigaremus, scribe serui frustra consumebant aquam. Postquam verò in medium pelagus venimus, defecit nobis aqua; eramusq, in magnà tristitià. Et erat miserabile

vina

: solū

atem

mam

Fater

o are

erunt

e vix

edam

ionis.

to, vt

dide-

jus su

quod

cam

n in-

Illa

CTHA

rena

nde-

IE-

ciali-

ibus,

atris

uan-

, pro

quam

quas

Cap. IX. Quam liberali cura

spectaculum, videre mulieres & pueros, & in fantes siti arescentes, & velut mortuos jacente, Cum ergo dies tres in hac necessitate fuissemu, scriba ipse tribulationem non sustinens, educto gladio, & nautas, & Nauclerum volebat occidere. Dicebat enim: hi sunt nostra perditionii authores, quia non sumpserunt aquam ad sufficientiam. Ego autem orabam scribam dicens: noli hoc facere, sed magis deprecemur Domini nostrum IESVM verum Deum, qui facit me gna, & mirabilia, quorum non est numeru. Ecce enim & Nauclerus, vt vides, tertium hunc agit diem, jeiunio, & orationi vacam. Cumq, acquieuisset scriba, quarta die, circa sextam horam, surgens Nauclerus, clamauit voce magna dicens: Gloria tibi, Christe Deus noster: ita vt omnes mirarentur in voce ipsius. Dixitg, nautis: submittite membranas. Et cum explicuissent eas secce nubes supra nauemornies, tantum pluit aque, donec impleuerunt vasa ad necessitudinem nostram. Erat autem miraculu grande & terribile, quod, velificante naue, nubes illa consequeretur nos, & extra nauem no plue ret. Sic extra vellus olim ros non cecidit, vt appareret, destinatò cecidisse. Impleta est

Iudic.6. 38.

1 sa. 44. 3. igitur promissio illa: Effundam aquas super sitientem. Quod, si cui forte nubes non suffi-

city

cit, audiat, tota maria dulcedinem induisse, vt seruis Dei in potum cederent. Anachoreta Moschus quida erat in partibus Iordanis, nomine Theodorus Eunuchus. Hic necessitate quadam com- Spirit.c. pulsus est Constantinopolim pergere, ingressus 173. est in nauim. Cum verò nauis diutius detineretur in pelago, defecit aqua, erantý, nauta, & vectores in magnà anxietate & desperatione. Surgens autem Anachoreta & expandens in cœlum manus suas ad Deum, qui saluat de morte animas nostras, facta oratione, signauit mare signo crucis, & ait nautis: Benedictus Dominus, haurite, quantum aque opus habetis. Impleueruntg, omnia vasa sua de mari aquà dulci. Et omnes glorificauerunt Deum. Qui Exod. 15. vtique reduxit prodigiu Moysis aquis Mara amaritudinem adimentis. Glorificantes autem Deum compellare se meritò potuerunt illis verbis: Haurietis aquas ingaudio de fontibus Saluatoris : & dicetis in die illa : Confitemini Domino, & inuocate nomen eius:notas facite in populis adinuentiones eius.

NS 1514 .

S. XVI.

Mirabiles nature, aut Dei fontes.

Quid quòd Deus, ipsius naturæ ingenio, sicut pluit super justos & injustos, ita alicubi pijs pariter ac impijs prodigiosissimos son-

ad lufdicens: Dominū cit maтети.

, O'in

acentes.

istemus,

, educto

at occi-

ditionis

rtium acans. roa leuit vo-Ws 110-

s. Dicum mies, la ad iculū

nubes pluet, vt

a elt Super Cuffi-

city

Leon. Leffius lib. 1. de Proner. Num . Bat. 5.

tes sinit pereñare, quibus sitim restinguant? Quippe insulæ cuidam Canarica, qua FERRI dicitur, omni aqua dulci destituta subuenit diuina Prouidentia arboris cuiusdam prasidio; cuius ea natura est, ot assidue instar fontis, duki humore stillet, qui hominibus & pecoribus ad potu sufficiat. Nimirum omnia vbique subsunt Deo; si vult, ex ipsis ignibus potest aquam

producere, ex aquis ignes.

Pfal. 24. ludic, 13. 194

Quis quarat in arbore nectar? Sed Deus ibi potest reperire. Sicut sit, apud Sinas, vbi ex arborum folijs vina dulcissima exprimuntur. Dummodo nos Deum timeamus, Non est inopia timentibus eum. Potest è maxilla, immo è dente fontem prolicere, vnde Samsones bibant ad satietatem; immo & ad voluptatem. Nam & illa aqua, quæ, ad virgæ ictum, immo nutú, de petra, saxóq; durissimo, prosilijt, olei, & mellis dulcedinem præbuit gustantibus. Ita Deut. 32. olim populum suum constituit super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleumg, de saxo durisimo. Nempe, qui in Nuptijs, ex aqua vinum optimum fecit, facere etiam potest, vt ipsa aqua mellis gustum adipiscatur. Cum filijs Belial, cum noctes diésque pergræcantibus Api-C1|51

13.

cijs, cum sagis & magis nocturna vectura in cellas alienas, & ad dolia non sua peregrinantibus, etiam vinum Creticum in absynthium vertatur, & sit de vinea Sodomorum, Deut. 3 20 vinea eorum, & de suburbanis Gomorrha: vua 32. corum, vua fellis, & botri amarißimi. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Amara enim conscientia, etiam. ex Massico, aut Maronæo vino absynthiacum producit; vt etiam hîc congruat, quod de graphio Symposius Poëta dicit:

Altera pars renocat, quidquid pars altera fecit. gme

Sympole in Ænis

CAPVT. X. Aliunde desertis Dei seruis, etiam delicias apponi.

Que à Deo sunt, suaviora sunt.

On Christo tantum, in deserto, Angeli ministrarunt, sed etiam ipse Christus Angelis, hocest, hominibus in deserto, more Angelorum, viuentibus. Pauit enim quinq; panibus quinq; virorum millia; immò plura postea millia Eremitarum. Neque tamen putandum est, eos, quos etiam miraculos è sustentat divina prouidentia, aut solo pane hordeaceo, aut line

int?

RRI

t di-

dio;

dulci

d po-

funt

uam

ipud

dul-

De-

us e-

item

itien o

utú,

, &

Ita

lsam

nde-

3imo-

opti-

aqua

elial,

Api-

C1|50